

Dissertatio inauguralis medica de podagra / [Georg Friedrich Raussendorff].

Contributors

Raussendorff, Georg Friedrich.
Metzger, Georg Balthasar, 1623-1687.
Universität Tübingen.

Publication/Creation

Tübingen : Reisius, 1684.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/w2k22nqs>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

Dissertatio Inauguralis Medica.

De

PODAGRA,

Quam

DIVINO FAVENTE NUMINE

Autoritate & Jussu

Gratiosissimæ Facultatis Medicæ

IN ANTIQUA EBERHARDINA

Præside

*VIRO NOBILISSIMO, EXCELLENTISSIMO
& EXPERIENTISSIMO*

DN. GEORG-BALTHASARE

METZGERO,

Med. Doct. Prax. Anat. & Botanic. Prof. Publ.

h. t. DECANO spectatissimo,

Patrono, atque Promotore suo, omni honoris & observantiae
cultu ætatèm prosequendo

PRO

LICENTIA.

Summos in Arte Medica Honores, & Privilegia.

Doctoralia legitimè consequendi,

publico Examini submittit

GEORG-FRIDERICUS RAUßENDORFF/NIMEC. SILES.

Ad diem 14. Martij, Anni M DC LXXXIV.

horis locisque consuetis.

T U B I N G A E,

Ex OFFICINA REISIANA.

51

ANNA FREDERIC
DUCHESS OF BRUNSWICK
WOLFENBUTTEL
BY HER MASTERS
SERVANTS
AND ATTENDANTS
IN THE
CITY OF HANOVER
1750
ONE HUNDRED
THREE HUNDRED
FIFTY
PAGES
PRINTED
AT THE
EXPENSES
OF
HER
MASTERS
SERVANTS
AND ATTENDANTS
IN THE
CITY OF HANOVER
1750

Et hoc est corpus humani machina, Divinæ illius particulæ auræ hospitium, non solum, ut in justam ex crescet molem, opus habet nutrimentum, sed etiam, ut in debitâ proportione permaneat, novò quotidiè succō indiget alibili. Ille verò quemadmodum ex variis atque diversis constat particulis, imprimis oleosa, pingui & glutinosa Chyli parte, ita pro commōdiori partium accēssione, fluido quodam innatā vehiculo, sanguinis scilicet exiguā rubicundā portione, & uberiori seri abundantia, uti hoc *Excell. Dn. D. Boenius in Actis Eruditorum Lipsiens. Anni 1682. p. 126.* ope microscopii & singulari quodam experimentō demonstravit. Hoc modō ope Circulationis sanguinis, ad partes nutriendas delatus, à congregatis glandulis miliaribus nutritiis, à *Borrificio inventis & instar noduli ex arteriarum venarum atque nervorum capillamentis diversimodè connexis*, ope spirituum animalium influentium, qui volatilis naturæ cum Mæ Sæ blando quodam acido sese conjungentes, sanguinem aliqualiter incrassant, ut facilius ab invicem secedant partes, & sic pro pororum & fibrarum proportione, illa glutinosa, oleosa & pinguis substantia adhæret, serum autem tenuē adhæsioni ineptum à vasis lymphaticis, à glandulis ortum ducentibus, excipitur, quod postmodum nomine mutatō lympha dicitur. Hæc lympha à partibus in ductulis illis crystallinis varjè movetur per musculorum interstitia, ut semper marcor Microcosmi, & siccitas corrigatur, humidumque radicale conservetur, usque dum iterum ad ductum thoracicum pro ulteriori chyli dilutione pervenit. Quando autem statum p. n. induit, & substantiā, quantitate, qualitate, loco aut motu peccat, variorum morborum existit causa. Quis enim nescit lympham crassam producere obstructiones & cacochymias, extravasatam varios tumores & intumescentias, asthma & tussim &c. tenuem inundationes partium, omnisque generis catarrhos, acidorem, sive acido-austeram potius, nervosi generis vellicationes, epilepsiam,

I. N. J.

S. I. **S**uperba corporis humani machina, Divinæ illius particulæ auræ hospitium, non solum, ut in justam ex crescet molem, opus habet nutrimentum, sed etiam, ut in debitâ proportione permaneat, novò quotidiè succō indiget alibili. Ille verò quemadmodum ex variis atque diversis constat particulis, imprimis oleosa, pingui & glutinosa Chyli parte, ita pro commōdiori partium accēssione, fluido quodam innatā vehiculo, sanguinis scilicet exiguā rubicundā portione, & uberiori seri abundantia, uti hoc *Excell. Dn. D. Boenius in Actis Eruditorum Lipsiens. Anni 1682. p. 126.* ope microscopii & singulari quodam experimentō demonstravit. Hoc modō ope Circulationis sanguinis, ad partes nutriendas delatus, à congregatis glandulis miliaribus nutritiis, à *Borrificio inventis & instar noduli ex arteriarum venarum atque nervorum capillamentis diversimodè connexis*, ope spirituum animalium influentium, qui volatilis naturæ cum Mæ Sæ blando quodam acido sese conjungentes, sanguinem aliqualiter incrassant, ut facilius ab invicem secedant partes, & sic pro pororum & fibrarum proportione, illa glutinosa, oleosa & pinguis substantia adhæret, serum autem tenuē adhæsioni ineptum à vasis lymphaticis, à glandulis ortum ducentibus, excipitur, quod postmodum nomine mutatō lympha dicitur. Hæc lympha à partibus in ductulis illis crystallinis varjè movetur per musculorum interstitia, ut semper marcor Microcosmi, & siccitas corrigatur, humidumque radicale conservetur, usque dum iterum ad ductum thoracicum pro ulteriori chyli dilutione pervenit. Quando autem statum p. n. induit, & substantiā, quantitate, qualitate, loco aut motu peccat, variorum morborum existit causa. Quis enim nescit lympham crassam producere obstructiones & cacochymias, extravasatam varios tumores & intumescentias, asthma & tussim &c. tenuem inundationes partium, omnisque generis catarrhos, acidorem, sive acido-austeram potius, nervosi generis vellicationes, epilepsiam,

inflammationes spurias, dysenterias, scorbutum, arthritidem &c. signere; quod tanto felicius efficiet, si tanquam proprium salium vehiculum, salsior redditur, & vel ab acido pancreatis, vel alio quodam peregrino, mediantibus particulis terrestribus certo in loco figitur. De quorum associatione, ubi de Causis agendum, pluribus fiet demonstratio. Hic saltem dico, quod illa concretioni tartareæ fæculentæ, tussi rejectæ, & à Dn. D. Loffio observatæ, ansam dederit; ut taceam coagulationum tartarea-rum in felleâ vesiculâ à Dn. D. Præside, meque ipso, non semel no-tatarum. in corde apud Phil. Jacob. Sachs à Lewenheimb. in O-cean. Macro-Microcosm. p. 35. §. 37. in renibus, testiculis &c. ab aliis descriptarum. Imo & exteriora membra hac coinqui-nari testantur arthritis, chiragra, & gonagra, imprimis famo-sissima Podagra, quæ hinc per excellentiam *Morbus tartareus* quibusdam audit, quem affectum, Divinô favente Numine, pau-cissimis paulò accuratius examinabimus.

§. 2. Non opus est prolixioribus in explicanda vocis *Ety-mologia* & *Synonymia* ambagibus uti, sufficit nobis nosse voca-bulum hoc apud Græcos dicere τάρ πόδων ἄγρα, pedum capturam; nec inconvenienter; adeò enim ægroti pedibus suis capti sunt, & lecto quasi affixi, ut nec attingere eos, ne dum movere audeant. Quibusdam *Recentioribus* qui malum Latinô potius sermone describere amant, *Gutta* appellatur, quod causa quasi guttatum in articulos & pedes destillet ruatque. Aliis, imprimis *Paracel-sistis* & *Chymicis*, à sale coagulato sive tartaro in tophos concre-to, *morbus tartareus*, *nodosus*, dicitur. Jocosè nonnulli *Morbum Dominorum*, die *Herren-Krankheit* vocant, quasi solum Regum atque Divitum subintraret palatia, secundùm *Æsopi* fabulas, sperneretque Rusticorum pauperum tabernas. Dicitur etiam *Ve-neri Bacchoque emancipatorum lues*. Communiter in vernacula nostra, das Zipperlein an Füssen/ salutatur; unde nec podagram dentium cum *Strobelbergero*, nec lateris dolorem podagricum cum *Capivaccio*, sed propriè dictam, eamque, quæ in pedibus ty-rannidem suam exercet, podagram eum *Hippocrate* & *Galeno* 6. aph. 28. nostram nunc facimus.

§. 3. Describimus Dolorem partium nervosarum ac tendi-nosarum in pedibus pungitivum fixum, cum tumore utplurimum, & motu

Et motus impotentia, nonnunquam febrili calore ab humore acido
 atque salino continuum solvente, Et periodice affligente exor-
 tum. Generis loco dolorem posuimus, hocque ipso Symptoma sen-
 sationis in tactu depravatæ, innuimus. Est enim dolor tristis &
 molesta quædam sensatio, orta à materia sensus tactus organa
 irritante, quæ tanquam corpus heterogeneum poris se insinuat
 disproportionatum, cras in ordinariam turbat, doloremque exci-
 tat. Interiora æquè viscera ac exteriora membra suos habent
 poros, unde totum corpus perspirabile ab Hippocrate dicitur, do-
 loribusque ita exposita sunt. Quemadmodum autem illa non u-
 nâ cædemque gaudent structurâ atque configuratione, ita etiam
 ratione conformatiōnis variî percipiuntur dolores; quæ enim com-
 ponuntur ex partibus adeò juxta se quiescentibus, ut earum ne-
 xus non nisi violentiâ quædam dissolvatur, uti membranæ atque
 tendines, intenses persentiunt dolores; aliæ, quibus rario at-
 que permeabilis concessa est figura, minores: hinc in pleuritide
 dolor percipitur pungitivus, in peripnevmonia sub spongioso pul-
 monum viscere gravativus, torpidus verò sive obtusus in contusio-
 nibus & iis affectibus, qui fiunt in partibus carnosis. Diversitas
 etiam dependet ab humoribus in partes influentibus, qui simpli-
 ces non sunt, juxta illud Hippocratis nostri effatum: non siccum,
 neque humidum, neque calidum, neque frigidum, neque aliud
 quid ex his hominem magnoperè lædit, sed econtra inest in ho-
 mine & lædit & amarum, & salsum, & dulce, & acidum, &
 acerbum, & alia infinita omnigenas facultates habentia; hæc ut
 notoriè tantum non infinitos suos producunt sapores, quidni &
 dolores? Qui accuratè hanc materiam tractasse videntur, quinde-
 dicim, imò octodecim nonnulli dolorum differentias proponunt,
 quorum illi octo desumunt à parte affecta, quinque à causis, duas
 à motu, quorum explicatores vid. Valent. Andr. Möllenbrocc.
 tr. de varis sive arthritid. vagac. 2. p. 8. prax. Joel. L. X. Seft. V.
 p. 568. Helmont. tr. de lithiasi variis in locis. Nos, si particularum
 ad partes influentium figuræ, modò pyramidales, modò cubicæ,
 quadratae, sphæricæ, & sexcentas alias, ex aliis examinaremus,
 forsitan plurimorum apponere possemus differentias; sed entia
 præter necessitatē non sunt multiplicanda. Pungitivum accu-
 samus, tanquam tendinosarum & membranosarum partium pro-

prium, & quia immobilis, secundum differentiam à motu, fixum. *Tumor* ut plurimum adest, non tamen semper, nec omni tempore, immò ferè nunquam statim in principio, à rheumate ~~ovis~~ in debilitatis pedibus collecto, ortus, quem *motus impotentia* sequitur; *Calor febrilis* sanguinis ebullitionem, quā natura humoris tartarei separationem facit, monstrat: periodice affigit, cum verno plerumque & autumnali sole revertente circa æquinoctia, non-nunquam etiam solstitia, paroxysmō. De causa infra.

§. 4. *Subjectum ad æquatum* sunt pedis inferioris partes, tūm quoad tarsum, tūm metatarsum & digitos, ejusque articulationes, sive quædam saltem sive omnes pro ratione doloris. *Principale*, partes nervosæ atque tendinosæ, quatenus hæ exquisitiōri sensu sunt præditæ; si dolores acerbissimi pedem excruciant, nervoso-sensibile periostium quoque non immune judico. Ultrum ossa in interioribus sentiant, hic posset disquiri; negat Aristoteles & cum illo multi. Aliquem ipsis sensum *Galenum* induluisse ex *z. de usu partium c. 12.* alii colligunt, sed hanc controversiam propter prolixitatis singam nostram non facimus. Si tamen aliquid divinare liceat, non omnino omnis sensus expertia dicenda videntur, quoniam sub oculatâ hodiernâ Anatome intra ossium substantiam, detectæ jam sunt glandulæ miliares, præsertim in porosis ossium intersticiis, quæ oculis usurpari possunt diffractionis ossibus, melius autem coctis & à glutine liberatis; illæ vero æquè ac aliæ suis venis arteriis ac nervis gaudent pro affluxu & refluxu sanguinis & spirituum animalium: ab harum læsione forsitan dolem ἐστημένη derivare, nec non verum *z. aphor. 24.* sensum eruere possumus; ab ossis præcisione delirium, si in vacuum usque penetraverit. Principaliter tamen, ut innuimus, afficiuntur hic nervosæ & membranosæ partes, id quod evincit dolor pungitivus & distensivus.

§. 5. *Causa* ut omnium dolorum, ita & podagrī cruciatus, proxima est continui vel unitatis solutio, à materia influente, & particulis suis oblongis parum flexilibus densiorem nervosarum & membranarum partium nexum violenter distendente, inducta, usque dum vel discutiatur, vel resolvatur, vel cum mucilaginoso ossium liquore in *trophos* abeat.

§. 6. Quæ, qualis vero hæc materia sit, inter res explicatū diffi-

difficillimas est. *Aretæus* de hac exactè indaganda desperare videtur, veram scribens causam soli Dii norunt, probabilem verò & apparentem homines. Hinc *Ambrosius Paræus*, pestis, luis venereæ, similiumque affectuum occultis causis accenset. Ut taceam, qui nudam intemperiem sine materia, ut vocant, sine omni verisimilitudine adducunt, sunt qui omnes humores vulgò receptos incusat, indeque sanguineam aliam, aliam pituitosam, melancholicam, biliosam nonnulli podagram nominant. cum *Lud. Mercato*, *Spigelio de arthrit.* *Forresto* in observat. *Fernelius* in solo humore pituitoso acquiescit. *Mercurialis* miscelam hujus cum bilioso aliisque cum *Hippocrate* & *Galen* surrogat. Sed nullus recensitorum humorum de se & purus locum hîc sufficienter tueri potest. Nos humorem acidum & salsum diximus hîc operosum. Serosum, sed qui non purâ putâ aquâ absolvitur, sed salsum acrem & tartareum *Sennertus* vocat, nec malè; lympham his scoriis coquinatam, §. 1. nominavimus. Ut aquam ab aliarum rerum admixtione puram aut simplicem vix imò ne vix quidem invenies, ita & lympham corporis nostri ab heterogeneis particulis, terrestribus, tartareis, & similibus nunquam absolves. Ostendit has ejus Anatome, indicant podagricorum articulorum tophi, qui nihil aliud sunt, quam salinæ talis & tartareæ materiæ coagulum, testantur dolores, qui pro diversitate salium in articulis collectorum, jam maiores jam minores oriuntur, ex *Quercetano de arthritide*. *B. Ettmüllerus* lympham hanc adè salam deprehendit in pédibus quorundam, ut limaturam orichalci calceis impositam, per insensilem transpirationem & sensibilem pedum sudationem in viridem crocum redegerit. *med. Hipp. chym. cap. 2. §. 2. Willis. de arthrit.* succos fermentativos non facilè miscibiles dicit, quos post salia vocat diversi generis, sub quorum commixtione effervescentia nascitur insignis, sensiles maximè pedum partes vellicantia cum exquisitissimo cruciatu; præcipitatione post insequente, progenies tophorum fit. In specie verò sal alcalisatum, sed ut semen fœmininum per se infœcundum prorsus (ut ovum subventaneum) & nerveum liquorem, ceu masculinum illud prolificum reddens, nominat. Sed n n entis nulla accidentia, nulla prolificatio. *Sylvius in Prax. med à succo pancreatico acido cum bile alcalina conjuncto, causam petit,*
 sub

sub quorum combinatione effervescentia oritur, dolor & alia sequuntur. De qua sententia Job. Jacobus Harterus vid. de arthrit. ejusque causis.

§. 7. Hæc salia podagrīa, ut Kotsak vocat tr. de sal. corpus vario subintrant modo, variā in pedibus occasione colliguntur. Ex naturalib[us] juvant collectionem naturalis pedum, si adest, imbecillitas & laxitas, quæ facilem materiæ affluxum concedit & hospitium, secundum Galen. Comment. in 6. aph. 28. Multum etiam hæreditariæ dispositioni debetur, quæ cum semine Parentum in fœtum traducitur, quod, præter communem experientiam, historiis pariter & rationibus Disputatio Inaugural. de Morbis hæreditar. sub præfid. Excell. Dn. Præsidis habita abundè satis muniuit; Cui addatur, si placet, de modo paulò quidem obscurius, tamen prolixè differens Helmont. tract. volupe vivent. morb. antiquitūs put. Temperamentum acido salinas redolens qualitates, habitus corporis densus, sexus masculinus 6. aph. 29. præ fœminino, ætas senilis 3. aph. 31. præ aliis disposita sunt ad malum hoc ovum excludendum.

§. 8. Ex non - naturalibus infert seminia hæc itidem modō, & via diversis Aer, qui ut nullibi necessitatibus nostris purus succurrit, ita nec corpus nostrum purus planè, & omni ex parte beatus ingreditur: præ aliis verò variæ salium peccantium particulæ subtilissimæ, multorum in corpore morborum cauſæ, crasso licet sensuum testimonio non obviæ cum hoc circumvagantur, & vere potissimum particulis fermentescibilis è poris terræ reclusis imbibitis, & autumnali tempore acidis aliis, quibus dormientem in corpore hostem excitare, poros constringere, insensili transpirationi obices ponere, lympham inficere, possunt, & sic in frequentiorem mali hujus proventum ex 3. aphor. 20. & 6. aph. 55. conspirant. Cum Cibis simili imprægnatis contagio, carnibus sale maceratis, fumō induratis, brassicā muria conditā, facilis in corpus miasmatum via est, quæ nisi in primis viis decenter corrigantur, præcipitentur in renibus, ut cum urina exeant, nec in liene disponantur, ut scquestrentur, aut hepatis sub officio scorriæ tales secernantur, relictæ crudiores partes, & salia ferocia ad partes debiles de facili ruunt. Corpus quoque disponunt, quæ feculentum nutrimentum suppeditant, carnes anserinæ & piscium palu-

paludinosa incolentium loca, haleces, asellus, item caseus. De gallinis *Sebiziū de aliment. facultat. de caponibus Sennertus* videantur de arthrit. Cyprinorum esu quidam provocare podagrum potuit, quoties voluit apud Schenck. *Observ. medic. l. s. de arthr. p. 75 r.* Cum potu assumitur fomes, si stagnans aqua, maritima, paludinosa ingurgitetur; Si cerevilia non bene defecata ex aquis impuris aut minerali imprægnatā qualitate cocta, acida, quotidiana est. Vina multō tartarō feculentō grava epidemiam apud *Marcōmannos & Austriacos* podagrum excitare *Gr. Horst.* testis est append. l. 1. *Observ. med. p. 2. f. 1. §. 5.* potentia alia comment. 6. aph. 27. præsertim jejuno ventre, à balneo aut venere, bibita operosa sunt. De austerioris nihil dicam, quæ cum acetariis omnis generis exulare debent. *Motus* nimius, nimiaque *quies*, utrumque malum: Cruditates enim & vitiosos humores cumulant. Evacuationes & excretiones consuetæ intermissæ, menstruorum in sequiori sexu 6. aph. 29. Venæ seætiones apud *Gabelkover. Curat. c. 4.* causæ fiunt. Sudores familiares, ut tempestivè in usum vocati, præservant & curant apud *Gr. Horst. l. 3. obs. med. p. 2. obs. 4.* ita suppressi affectum generant; idem de *Urina* judicandum. *Venus* crebra cum Baccho præsertim nupta pessimè audit; absuntis enim spiritibus Mm. Seam aescere facit, ad modum vini generosi longiori fermentatione spiritibus absumptis & salibus exaltatis acescentis. *Vigiliae* simili modò absumento spiritus, lympham acidam relinquunt. *Animi Affectus* quid valeant, quotidiana loquitur experientia, iram præsertim tantum non omnes accusant podagrī humoris ad pedes aurigam. Sed ne quid nimis! Iram emolumentum attulisse podagrīcīs *Tb. Bartholin. c. 6. Histor. Anat. 28.* testatur; nimio ex gaudio expeditum arthritico motum restitutum *Hildanus c. 1. obs. chir. 79.* afferit: item à timore & inopinatā mentis consternatione contigisse. *Cent. 1. Epist. 47. sequ.* subscribit, juxtaque de ratione differit.

§. 9. Ex p. n. viscerum primæ coctionis dyscrasia, erroresque in cibis sumendis & coquendis variis commissi, efficacissimi sunt ut malum suscitetur; prodromique ut plurimum sunt, vomitus, dolores ventriculi, intestinorum torpina, appetitus prostratus, & horum similia. Plethora, cacochymia suam etiam operam spondent. Succus pancreaticus multum confert, acrimoniā nimia bilem obtundens, ut chylum saie suo non ritè incidat, sed viscidorem ad partes transmittat. Quomodo à lienīs vitio produci queat malum, vid. apud

Diemerbræc. in Anat. lib. I. p. 139. Quartana febris, passio hypo hodriaca, colica, nephritis, hujusque surfuris alia ~~metasarcæ~~ materiae, in hanc degenerant; experimenta si desideras, vid. ap. *Schenckium l. c.* Ascititia pedum & fibrarum p. n. debilitas, ob varias ~~metaphysæ~~ frigus externum, plagas, contusiones, luxationes, orta, viam, & hospitium parant. Animatam causam, vermiculos, in pedibus nidulantes, crudelissimorum dolorum horum Autores nonnulli cum *Athanasio Kirchero de peste suspectam* habent; A flatibus oriundam gonagram *Z. Lusitanus* describit, qui aperto genu egressi sunt. Cujus etiam causæ meminit *Hermann. Buschoff de podagra.*

§ 10. An contagium quoque metuendum sit in controversiam venit. *Hæfer. Hercul. med. l. 4. c. 1.* dubitat; *Sennertus de arthrid.* concedit. Qui idearum in fermentis suis multiplicationem admittit, illi affirmatu non erit difficile; siquidem idæ humores plerumque sigillant, & postmodùm, sive per insensilem transpirationem, sive etiam per diaphoresin extra corpus eliminantur, nunquam sine vitijsa idea discedunt. Facilè proinde fieri potest, ut pelliccis illis podagricorum ocreis & vestimentis ad tempus adhæreant, & quando ab aliis induuntur, per poros corpus subintrant, ubi postmodum explicatæ & evolutæ similem morbum producunt, imprimis si inveniunt corpus cacochymicū, vel alio modo morbosè dispositum. Notavit *Helmont. tr. de magnet. vulner. curat. §. 3.* Matronam nobilem, quæ à recurrentibus podagricis paroxysmis crebris fuit vexata, nesciens unde inauspicata morbi recidiva, tandem quoties remissò accessus fervore è cubili jam surgens, federet sede, quā frater ejus olim, & in alia urbe podagrīcus sedere solitus erat, ex templo morbum repullulare experta fuit. *Borellus* idem exemplò catuli, podagrico adcumbentis & affecti, corroborat, quibus rationibus & experientiis convicti assentimus.

§. 11. Imus ad *Differentias*: Cum erysipelate facilè confundi, imò studiò, quibus podagræ nomen odiosum est, erysipelatis sæpè larvæ occultari solet; sed distinctu adeò difficiles affectus non sunt, ut primâ fronte, præfertim febris nonnunquam comitantis intuitu, convenire videantur. Erysipelas circa musculosas & exteriōres pedis partes magis hæret, cum dolore mitiore tumoreque ferè nullo, cum rubore à sulphure sanguinis ferociente orto: podagra interiores ossis & articulorum partes adoritur vehementiori dolore, ut plurimum cum tumore, salibus magis in lympha peccantibus, affigit.

Cæterum alia vehementior, mitior alia est, pro salium peccantium diversitate; alia hæreditaria, alia quibuscumque aliis ex causis contracta, alia à tartaro crasso, subtiliori alia, unde jam inflammationem, jam tophos, aut nihil horum coniunctum habet: alia vera à lympha corrupta, alia spuria à vermibus, flatibus &c. nata.

§. 12. Sed de fonte, unde scaturit materia hæc, de viis, per quas in pedes ducitur, quæstio restat: Sanguinem, omnis boni & mali oceanum, hanc quasi evomere & pedibus per regiam viam, arteriam magnam, transmittere, nullum apud nos dubium est, unde instantे & jam urgente paroxysmō, effervescentiam in tota M. S. fieri, vasa tumere, nemo non notat, monstratque in specie *Rofincius* arteriolam peccantes humores ad monticulum pollicis lateralem, qui omnium primus dolore infestari solet, deferentem, poplitæum ramum crucialis, podagricum inde dictum, *disquis. anat. l. 6. c. 61.* Ex hoc fonte arteriis δεδύχοις, transmitti necesse habet materia, undecunque veniat, à quibuscumque partibus mittatur, nec, viis his obviis, ad illud *Hippocratis* confugiendum: σίμπνοα ηγή σύρροα πάντα; nec venosa aut lymphatica vasa hoc in officium contra naturæ intentionem sollicitanda, aut subcutaneæ *Fernelii* viæ, aut *Plateri* intra & extra calvariam quæsitæ, sed rationi & experientæ non consentaneæ, eligendæ: multò minus nervi, secundùm *Anglos*, in subsidium vocandi, cum de humore per hos eunte, maxima sub judice lis sit, paucisque haecenus, imò fortè nullis, extra Angliam, adeò felicibus esse licuerit, ut hunc vel colligere vel videre saltem potuerint. *Th. Barthol. spicil. 2. de vas. lymph. Grafiō de succo pancreat. ad stipulantibus.*

§. 13. Signa præsentis mali, unde facilius cognoscitur, quām extirpatur, inveteratum præsertim, ex supra adductis symptomatis patent, nec causæ adeò difficulter inveniuntur. Plethora cum cacochymia humorum produnt indicia; hæreditarium an ascititum sit, ægrum latere vix potest; pariter erroris ipse circa res non-nat. commissi, sibi conscientis est, ut & symptomatum prægressorum. Quæ de humoribus peccantibus quatuor alii signa venantur, non adeò sollicitè inquirimus, cum in puros hos culpa conjici non possit, neque secundum aut per horum curam unquam curatam fuisse podagram tam verum putat, quām quod verissimum *Hæferus l. c.*

§. 14. Quoad prognosin; quanquam atrociores sint dolores, solitum tamen miseris ægrotantibus præbet, quod absque mortis periculo degant, cum in partibus ignobilioribus & extremis hæreat

vitium, nisi infausta translatione ad nobiliores protrudatur partes, ubi graviora post modum subsequuntur symptomata, ab acido omnibus partibus sumamè inimico; hinc si à venis assumitur, & cordi advehitur, lethales efficere potest palpitationes & lipothymias, in pulmonibus tussim, & anhelosum asthma: ad exteriora verò si pervernerit humor, ut varices fiant, ad mentem *Avicennæ* podagra solvitur. Paulò duriorem sententiam dedit *Hippocrates* prædict. l. 2. sed. 2. Senibus, inquiens, qui in senectute tophos aut callos in articulis induratos habent, aut laboriosè vitam tolerant, cum alvo sicca, ii sanè omnes, ut sentio, humana arte sanari nequeunt. His certè succedentes intestinorum difficultates, optimè medentur, quin & quæcunque aliæ colliquationes internæ eos valdè juvant. Juvenis v. cui nec dum circa articulos calli induruerunt, cuique victus ratio curæ est, ad laborem est impiger, alvumque habet vitæ instituto probè cedentem, is sanè prudentem naētus Medicum sanus evadet. Terminum solutionis idem laudatus *Senex* dicitat 6. apb. 49. Qui podagrī morbi sunt, sedatā inflammatione, intra dies quadraginta conqniescunt: sed intelligendum pro ratione materiæ peccantis; major affluxus tantò diuturnius requirit tempus, minor citius solvitur. Novi insignem in *Silesia Chymicum*, qui unicā assumpta pilula, sudorem largiter movente & alvum aliquoties laxante, dolores statim profigit, permanente tamen per aliquot adhuc dies pedum lassitudine.

§. 15. Explicatis ita mali phœnomenis, ad curationem nunc accingimur. Hæc secundum Indicationes certas ex præmissis eligendas, quo tantò felicius progredi queamus, erit instituenda. Curatoriæ igitur, quæ morbum & symptomata respicit, satisfacimus, quatenus paroxysmo præsenti succurrimus, dolores leniendo, inflammationem ubi adest sedando, humores irruentes intercipiendo, derivando, extravasatos discutiendo. *Præservatoriæ* observabimus falia volatilisando, lympham acidiorē attemperando, & quatenus peccant quantitate & loco, simul eliminando. Character morbidus sive Ideæ iterum sunt delendæ novis ideis, quemadmodum annotavit *Helmont. tr. ortus imaginis morbos* & §. 9. quod pavor subitanus podagram sæpè necuerit. *Vitalis* vires considerat, quæ sunt reficiendæ, quo magis resistere hostili impetu queant; pes autem debilitatus iterum corroborandus. De omnibus hisce in subsequentibus.

§. 16. Ab operationibus chirurgicis faciamus initium, ubi primo loco occurrit *V. S.* quam plurimi suadent, quā teste Galeno de sangu.

sangu. miss. multi à podagra liberati sunt. Nos et si in sanguine principalem affectus causam non quæramus, non penitus tamen & simpliciter damnandam hanc putamus, ut *Hæferus* fecisse videtur, si adest plethora, si recens malum, & in principio, si æger juvenis, & inflammatio conjungitur, ita enim materia effervescentia imminuitur, furor sedatur, ad articulos ruens avocatur. Consuetudini etiam aliquid dandum est 2. apb. 29.30. Ubi menses stagnant, pedum venæ fauciari possunt. Fonticuli prosunt contra *Primerosium de vulg. error. Helmontium*, præsertim supra & infra genu, interceptionis causâ facti, ut lympha corrupta, rimâ monstratâ, parcus ad pedes eat. Vid. *Hildan. c. 4. obs. chir. 75.* Nec *Vesicatoria improbantur nec cucurbitulæ scarificatæ*, magis tamen præservationis quam curationis causâ laudandæ, aliquot ante æquinoctia & solstitia diebus, in usum vocatæ. His ad plantam aut digitos pedum affixis *Danorum Rex Christianus IV.* à podagra per totam vitam se præservasse dicitur apud *Dn. D. Præsidem thes. chir. de scarific. §. 24.* Usus tamen non nimis extollendus, præsertim sub præsente dolore ob abscessum aut sphacelum metuendum, quem in tubicine quodam Cæsareo hinc natam observavit *Hæfer. l. c. unde Cratonis de hac operacione judicium non omnino flocci faciendum epist. med. 152.*

§. 17. Ex *Pharmaceutico* fonte, quæritur, an *purgantia* locum habeant? Sub primis affectus præludiis, & præservationis gratiâ, non urgente jam paroxysmô, ad cacochymiam corrigendam & evocandam admittimus, leniora tamen & interpositis digestivis, ut voeant, & præparantibus saepius reiteranda, (quibus subinde substitui clysteres possunt tutissime) ne peccans hic lympha motu ex se facilis nimis irritetur, exasperetur, quod à fortioribus à *Solenandro* commendatis facile accedit. *Præparantium* nomine veniunt tremor. tartar. tartar. vitriolat. chalybeat. arcan. dupl. & alia ex tartaro producta varia, sal absynth. chamadr. tint. mart. aperit. &c. *Purgantia* ubi vis obvia; *Quercetanus* antitartarea suas pilulas, *Hartmannus* antipodagricas hinc dictas ex extr. asar. helleb. nigr. paras. laudant. Similes ex mercur. dulc. c. extract. panchymag. Croll. ihabarb. pil. extrui possunt, nec ab ludunt à scopo pilul. de hermodactyl. Syr. de spina cervin. magnus est *Cratoni*. Utiliter noduli confundunt ex H. chamædr. chamæpyt. cuscus. marrub. scolopendr. fl. lavend. primul. ver. persicor. rad. Ir. hermodactyl. polypod. helleb. n. inter se nuptis, nec non aliis salinis in sero lact. capr. (capra

præsertim chamædr. chamæpyt. similibusque per dies aliquot pa-
stæ) infundendi. Electuar. caryocostin. Bayero laudatum, quod ta-
men calidioribus Riverius suspectum facit. Sed distinctione tempe-
ramenti & medicamentorum ubique opus est. Vomitoria subinde
plurimum conducunt in assuetis, sub cruditate ventriculi, cacochy-
mia, in primis viis, imò & ultra has latitante, quam expeditè re-
movent: medicamenta ubique occurrunt.

§. 18. Sequuntur *diaphoretica*, quæ in hoc affectu nunquam
negligenda, quippe quæ sal fixum, dum structuram resolvunt, vo-
latilisant, lympham rarefaciunt, & abundantiam tollunt, ideas de-
lent, & si in Archeo vitium, unicum ferè, illius sunt mundificativum,
renovativum, purgativum &c. juxta D. Wirdigium tr. de spiritibus.
Sic enim depresso succurrimus, peregrinum expellimus, conforma-
tionem vitiosam destruimus, naturalemque partium constitutionem
optimè reducimus. Variò autem modò operantur sudorifera, alia
acidum p. n. humorum absorbendo, præcipitando, sal fixum vola-
tilisando, rarefaciendo quædam, & optima spiritibus sese associan-
do, & in glandulis secretionem adjuvando. Conveniunt itaque præ-
cipitantia in hoc affectu, quatenus habent poros apertiores, inter
quos acidam lympham recipiunt & absorbent: deinde quatenus lym-
pham incrassant, & motum fistunt: denique quoniam omni suo aci-
do privata avidius illud amplectuntur. Horum hinc inde colligere
poteris prolixiorem catalogum. e. g. ebor. s. igne c. c. philosophicè
pptum Succin. præp. antimon. diaphor. antihect. Poter. Tinct. an-
timonii sicc. tartarisata &c. & omnia martialia quæ singulari præ
reliquis præcipitandi & aperiendi virtute gaudent. ut & Bezoard.
Solare, Lunare &c. pro varietate temperamenti eligenda & in aqua
vel rectius decocto chamædr. danda. Quoniam v. ultra primas vias,
secundùm nonnullorum judicium vix perveniunt, quod ex excre-
mentis illorum, qui marte usi sunt, colligunt, sed acidum saltim ven-
triculi, pancreatis &c. edulcorare & corrigere videntur, ulterius ad
propriè sic dicta *sudorifera* progrediendum est, quæ lympham attenuare, & ra-
refactam expellere per poros cutis possunt. In hoc negotium conveniunt vo-
latilia oleosa, vel etiam urinosa alcalia & spirituosa. ut sal C. C. vol. fl. salis
amon. Cinnab. antimon. quæ irradiativa sua virtute egregiè penetrat, aqua
prophyl. Spir. Theriacal. camphorat. Liqu. C. C. succinat. Spir. tartar. vol. Sp.
Sal. ammon. Essent. aperitiv. Ignor. Tinct. bezoard. vera &c. Fixum sal ar-
thritic hac ratione per volatilia aliquò modò volatilisatum, commodè etiam
per diuretica educi potest. 4. aph. 74. Sæpè enim natura ope medicamentorum
adulta, per consuetos locos excretorios à molestiori suâ sarcinâ se liberat. Non
tamca

ramen promiscue sunt propinanda; alia enim ut acida, e. gr. Spir. Salis succ. limon. acetos. &c. quæ etiam diuretica audiunt, vix convenire puto; tutius operantur alcalica & urinosa, quæ serum jam solutum & fluidum movent, & quasi detrudunt, talia sunt ocul. 69. Lap. percar. tartar. tartarisat. Endosc. fl. Salis armoniac. Spir. tartar. Spir. urin aperitiy. Penot. oleum Terebinth. trichis. alk. keng. &c.

§. 19. Absolutâ maxima ex parte generali methodô, tandem & *specie-*
liora, quæ virtute propriâ huic affectui resistunt, attingemus. Hæ fermenta vi-
ciosa in corpore latitantia, sive materiam morbificam, subigunt, alterant &
singulari modô exterminant, ut omnia in statum nat. à quo declinarunt redi-
gantur, & perturbata corporis œconomia restauretur. Hanc facultatem in
regno vegetabili obtinent Herb. betonic. chamædr. chamæpyt. Ivæ arthet.
herinodactyl &c. earumque Essentiæ & decoctæ. Herbam ubivis obviam & ra-
zò aliàs in usum internum revocatam Lappam majorem *Foresti* testimonium
singulariter commendat, cujus decoctum cum cerevisia Arthritico pro despe-
rato relieto, dolores mitigavit per urinam, quam instar lactis albam copiosè
reddidit. Singulare Elix. arthrit. invenit D. Michael. cujus descriptionem dedit
Valent. Andr. Möllenbrocc. de Varis. Electuar. podag. Closs. describit Schröder.
in Pharmacop. L. 2. p. 182. Pilul. antipod. Schefferi l. Döring. Spir. ex Regul.
antimon. Sal antim. Spir. Salis armoniac. succinat. it. Spir tartar vol sive ex
fæcibus vini, abstracto prius ardentiore Spiritu, s. ex tartaro purissimo præmissa
fermentatione paratus, cujus virtutes Helmontius valde deprædicat, dicens,
quod, quo hîc non pertingat, aliis non perveniat, medicamenta mercurialia &
martialia pleraque, essent. lignor. lign. sassafr. tinæ. Sal. tart. essent. viperar.
cum Sale vol. & fixat, secundum Möllenbrocc. parata, quæ ut plurimum naturæ
vias per diaphoresin vel diuresin &c. sequitur. Cnæselis pulv. ex acido tart. tart.
triolat. santal. rub. & similibus paratus sero salinam materiam per secessum,
urinam, & sudorem depellit. Ejusdem specificum antipodagric. creditur à non-
nullis esse mereur. antimon. Laudatur etiam mercur philosoph. ad pauca gra-
na, cuius processum tradit Phisaletha in tr. de Introitu aperio ad occlusum Res-
gis palatum, in cuius defectu in forma pilul. mercur. c. Sole præcipitatus, c.
exir. Lignor. cathol. propinari potest.

§. 20. Vix v. internis solis totam curationem Medicus absolvet, nisi &
externis auxiliatricem naturæ manum præbeat, illa v. cum partim sint repel-
lentia, discutientia, extrahentia, & denique anodyna, attendendum benè est,
ut opportunò adhibeantur tempore, ne intempestivâ exhibitione ægroti inte-
ritum promoveamus. Nullus dubito, quin sub initium multum profint bal-
nea materiam affluentem discutientia, ex herb. appopr. & discutientibus, cum
scob. lignor. juniper. Sassafr. Quajac. &c. item ex vinaceis Craton. cui adstipu-
latur Solenander. Post Balnea parti debilitatæ Spiritu quodam confortante suc-
curramus, vel balsam antipodagr. Rulandi, Schröderi, Michaelis &c. aliàs cura-
tionem, ut in lue Ærea, initiatam, à Medico in Saxonia novi feliciter peractam.

§. 21. Tandem doloris atrocitatem *Anodynus* mitigabimus, initium ta-
men semper à mitioribus faciendum est. Excellit liqu. rad. vitis nigr. dum ad-
huc viret rafæ & in vase vitro aliquandiu digestæ, liquor thapsi barbat. per in-
humationem, & alia quæ apud Hoffmann. in M. M. L. 1 c. 19. invenies. Con-
veniunt etiam cataplasma ex mucilaginosis & moderate calidis in lacte cocta
& cum vesica bubula tepide applicat Empl. arthritic. Diaphoret. Mys de ci-
cuta, de Galban. arthrit. Schröder, ungu, anodyn. ejusd. Balsam. antipod. sive
oleum

Oleum sang. human. cui admirandas in Podagra adscribit virtutes, laudatus Schröderus, malaxari possunt cum hoc oleo vel oleo lumb. camphor. nervin. Si appareat inflammatio prodest Sachet. Saturn. c. aq. rosar. plantag. oleo rosat. & vitello ovor. invicem agitata, acquirent consistentiam cerati. Quod si horum impositione non succedat speciatus eventus, paulò fortiora erunt substi-
euenda, imprimis spirituosa, quæ penetrandi & discutiendi vim obtinent, ut aqua antipodagr. Quercet. Spir. formic. lumbrie. terestr. juniper. articular. aqu. balsamic. antipodagric. D. Mich. Spir. antipodr. Cnæfel. Spir. vitriol. vol. verus, in quo egregium residet solarium. Inter externa medicamenta refertur etiam famosissima illa Moxa, de qua ante aliquot annos ingens excitatus fuit rumor, quod specifica quadam virtute, humores & dolores extraheret. de elec-
tione & applicandi modo vid. Hermann. Buschuff Pastor. Batavensis. Indie Or. in suo de Podagra libello, ubi sesquipedalia verba invenies.

§. 21. Antequam ad Narcotica confugimus, omnia bene erunt pensitan-
da, cum ex impositione empl. Narcotici ex fol. hyoscyami. rad. mandrag. c. a-
ceto & opio constructi super genu, mortificatio & ipsa mors subsecuta fuerit,
ut refert Zaceut. Lusitan. l. 2. obs. 169. circa noctem interna prius adhibenda
sunt, quibus tandem maximè urgentibus symptomatibus externa conjungenda.
e. g. aqua hypnotic. Dornicresl. syr. papav. rhæad. effent. anodyn. tinct. laudan.
opiat. nitr. anod. sulph. vitriol. anodyn. Cnæfel. arcan. narcotic. anodyn. &c.

§. 22. Tartareum illud sal quatenus nullis medicamentis cedit, sed tophos
podagricos jam effecit, non nisi summo labore iterum dissolvitur & extrahitur
tentandum tamen aliquid. Habet Galenus & ex illo Crato foetidum quoddam
nemedium ex caseo veter. pulv. lapid. molar. & decocto crurum suill. utrum v.
delicatioribus & emunctioris naris hominibus offerendum, hæreco. Magis
commendarem vitellos ovi coctos, cum croco mistos, vel oleum sapon: aut
balsam. aliud. In Ioh. prax. l. X. sect. 2. p. 534. invenies epithema pro tophis
it. in Baldassar. Tim. von Guldenclee. l. 5. epist. 2. emplastrum ad tophos re-
solvendos, vel impone frustul. lapid. corrosiv. nodis, & super impone empl. at-
tractiv. tunc materiæ illius tartareæ facilis erit extractio, vel oleum terebinthi.
spic. petrol. vitriol. c. cantharid. pulverisat. misce & impone, superimponend.
Cerot. §. 20. traditum. Prodest etiam in hisce nodositatibus mercur. malleabilis
beneficiò Saturni vel Sal. armoniaci fixatus & superimpositus.

§. 23. Quod Dietam attinet, non opus est prolixiori catalogo; plurima
enim circa causas jam fuere monita. Aer sit temperatus, non frigidus, qui sa-
libns scaret, secundum Sylvium, non siccus ex 3. aph. 16. articulatum dolorum
causa. Cibi sint boni succi & facilis concoctionis; Potus non sit liberalior sed
moderatus, alias corpus magis humectatur, nocentes humores cumulantur, &
varia incommoda accelerantur. Sit cerevisia bene defæcata, ex bono frumen-
to, & à particulis heterogeneis liberata. Vini, cujus maxima varietas, usum
præsertim in assuetis, non planè interdico; eligatur autem ολυφόρον, Nec-
tinum, crudiori tartaro non abundans, sed cujus particulae tartareæ subtilissi-
mæ, deambulatione vel aliis motibus facile sunt dissipabiles. A solo lactis po-
tu levamen nonnullos, sensisse notum est. vid. Greiffel. de Lact. us. in artbr.
Acidula, suâ etiam laude dignæ sunt. Motus in assuetis non intermitta-
tur, ut tanto facilitiori negotio exterminentur fuligines, atq; humores. Somnus
diuturnior non convenit. Excrementsa assumptis respondeant quanti-
tate, & justo tempore excernantur. De animi pathematibus
dictum est superius.

Dgo ter opt. max. sit laus, honor & gloria.